Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



134

Redet animam meam uitę meę· dimitta
aduersũ me eloquiũ meum· Loquar in ama
ritudine animę meę· dicã dõ· Noli me con
dempnare· Indica michi· cur me ita iudices·
Numq̃d bonũ tibi uidetur si calumpnie
ris· & opprimas me opus manuũ tuarũ·
& consilium impiorũ adiuues· Numq̃d oculi
carnei tibi sunt· aut sicut uidet homo &
tu uidebis· Numq̃d sicut dies hominis
dies tui· & anni tui sicut humana sunt
tempora· ut queras iniquitatẽ meã &
peccatum meum seruteris· & scias quia
nichil impium fecerim· cum sit nemo
qui de manu tua possit eruere· ℟ Qui
lazarum resuscitasti de monumento fetidum tuis
domine dona requiem & locum indulgentię· Requiẽ
eternam dona eis dñe· & lux ꝑpetua luceat eis· In loco·
Manus tuę dñe fecerunt me & plas
mauerunt me totum in circuitu·
& sic repente precipitas me· Memen
to queso· quod sicut lutum feceris me·

te cũ fa et ho dis.

·vsq;·